

In Floram Europaeam animadversiones. III.

Autor(en): **Laínz, M.**

Objektyp: **Article**

Zeitschrift: **Candollea : journal international de botanique systématique = international journal of systematic botany**

Band (Jahr): **32 (1977)**

Heft 2

PDF erstellt am: **27.06.2024**

Persistenter Link: <https://doi.org/10.5169/seals-880227>

Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Inhalten der Zeitschriften. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern.

Die auf der Plattform e-periodica veröffentlichten Dokumente stehen für nicht-kommerzielle Zwecke in Lehre und Forschung sowie für die private Nutzung frei zur Verfügung. Einzelne Dateien oder Ausdrucke aus diesem Angebot können zusammen mit diesen Nutzungsbedingungen und den korrekten Herkunftsbezeichnungen weitergegeben werden.

Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. Die systematische Speicherung von Teilen des elektronischen Angebots auf anderen Servern bedarf ebenfalls des schriftlichen Einverständnisses der Rechteinhaber.

Haftungsausschluss

Alle Angaben erfolgen ohne Gewähr für Vollständigkeit oder Richtigkeit. Es wird keine Haftung übernommen für Schäden durch die Verwendung von Informationen aus diesem Online-Angebot oder durch das Fehlen von Informationen. Dies gilt auch für Inhalte Dritter, die über dieses Angebot zugänglich sind.

In Floram Europaeam animadversiones. III.

M. LAÍN Z, S. J.

Résumé

Laínz, M. (1977). Remarques sur "Flora europaea". III. *Candollea* 32: 233-247. En latin, résumé anglais.

L'auteur présente ses remarques sur la nomenclature, la taxonomie et la distribution de nombreux taxa traités dans le volume 4 de "Flora europaea", en suggérant diverses corrections et améliorations surtout pour les espèces du NW de l'Espagne. Il valide la combinaison *Pilosella bergidensis*, stat. nov. (*Compositae*).

Abstract

Laínz, M. (1977). Comments on "Flora europaea". III. *Candollea* 32: 233-247. In Latin, French abstract.

The author comments on the nomenclature, taxonomy and distribution of a considerable number of taxa treated in volume 4 of "Flora europaea", and presents corrections and critical remarks mainly concerning species from NW Spain. He validates the combination *Pilosella bergidensis*, stat. nov. (*Compositae*).

Sequuntur, de more (cf. Laínz 1969, 1973b), nonnullae animadversiones in quartum nuper editum volumen operis notissimi quod "Flora Europaea" inscribitur.

Ab *Asperulis* sectionis *Cynanchicarum* initium sumentes, cum occidentales (l.c.: 6, 10) minime perspicue dispositae nobis appareant, quid revera de toto conspectu opinandum sit nescimus. Clarius autem, nulla elucidatione praemissa, indicatio gallaecica (Merino 1909: 590) *A. hirsutae* Desf. iniuria praetermittitur (l.c.: 11-12), cum absque dubio scrutari debuisset; licet de indicatione hac notabilissima nos nondum scripserimus. Demum, *A. hirtae* Ram. patria in "W. Pyrenees" assignatur (l.c.: 12), cum satis superque in calcareis Cantabricis montibus – per 100 pluries km – sit recognita.

Iuxta indicem voluminis (l.c.: 478) *Galium teres* Merino, Fl. Galicia 2: 286 (1906), idem esset ac *G. x pomeranicum* Retz. (*G. album* x *verum*, l.c.: 22); quod quidem a veritate abhorret (Laínz 1967: 38) ut facile comprobari potuisset. Immo, si revera *G. glaucum* L. species esset non hispana (cf. l.c.: 27), binomen nostri Merino in usum denuo forsan veniat.

An iure *G. laevigatum* L., apposita certe interrogatione, usque in Lusitaniam septentrionalem pervenire innuatur (l.c.: 28), fateor mihi caligine densissima oper-

tum videri. Idemque dicendum interrogatione excepta, de *G. boreali* L. (cf. l.c.: 19), cum probabilissime in regionibus a me lustratis desideretur.

In sectione autem *Leptogaliorum* Lange (l.c.: 29-34), num constructio taxonomica perillustris Ehrendorfer – non mediocri sudore procul dubio innixa – aere perennior consistat, ventura tempora dicent. Commodior quidem apparet quam pristina, subspeciebus quibusdam suis ab auctore felicius oblitis; sed incommoda sane, ipso fatente. Combinatio autem *G. idubedae* (cf. l.c.: 33) non ipsi Ehrendorfer tribuenda, sed clarissimo epitheti auctori, qui iam saeculo transacto ipse binomen ediderat (Pau 1898: 85).

Quod *G. aparinella* Lange synonymon *G. parisiensis* in indice (l.c.: 477, 35) fiat, procul dubio simplex erratum typographicum est, ut etiam illa “tyriaca” subspecies *Asperulae glaucae* (l.c.: 463).

Melius forsitan fuisset non prorsus tacere de binomine *Cruciata pseudo-polycarpon* (Sommier & Levier) Pobedimova, Nov. syst. pl. vasc. 7: 280 (1971), ut etiam de homonymis quae combinationibus *G. boissieranum* Ehrend. & Krendl et *G. baeticum* (Rouy) Ehrend. & Krendl ansam praebent.

Quoad polyploidem *Rubiam peregrinam* L., mirandum quod ei $2n = 44$ unice tribuatur (l.c.: 38). Qui quidem numerus, iuxta Cardona (1974: 217-220), cuiusdam varietatis *longifoliae* (Poir.) Rouy proprius videretur, non tamen varietatis *requienii* (Duby) Cardona et varietatis *peregrinae*, utraque certe exhibens $2n = 66$ iuxta dominam eandem. Löve & Kjellqvist (1974: 190) et $2n = 88$ in planta baetica invenerunt et etiam $2n = c. 132$ olim fuisse inventum commemorabant. Quod ibidem (l.c.: 38), porro, praesentiam extrabalearicam dubiae *R. angustifoliae* L. dubitative indicetur, sine dubio ex interpretata praecedenti parva notula professoris O. de Bolòs (1969: 84) provenit, non autem subsequenti studio alumnae illius Cardona (1973: 15, 17) fulcitur. Denique, cum ignoretur, *R. angustifoliam* auct. fl. azoricae *R. agostinhoi* Dansereau & P. Silva fuisse nominatam (in Silva, Pinto da, A. R. & Q. G., 1974: 62) indicandum puto.

Cum ad *Plantagineas* atque potissimum ad “*coronopus* group” seu sectionem veniamus (l.c.: 40-41) notandum est imprimis – ut in sect. *Oreades* (l.c.: 42) etiam videre licet – laborem cytologicum dominae Cartier (v.c., 1971, 1972, 1973a, 1973b) parcius in taxonomia apparere. Notandum insuper *P. crassifoliam* locis apricis orae gallaecicae, iuxta Merino (1909: 588) eiusque specimina exsiccata, meo tamen iudicio spontaneam, cum aliis mediterraneis plantis venire. *P. subulatae* autem ambitum extensum nimis apparet mihi, cum oblivioni prorsus dentur nonnulla eiusdem circuli nomina quae in alphabetico indice saltem essent commemoranda (ut puta *P. radicata* Hoffmans. & Link). De *P. atrata* tandem, iuxta experientiam nostram, multo inferius descendere dicendum, cum saltem ad 700 m semel atque iterum in Hispania lecta fuerit.

De *Sambuco racemosa* L. “southwards to the Pyrenees” pervenire affirmatur (l.c.: 45), cum per transennam a coniugibus Dupont (1956: 315) in Asturiis indicaretur cumque Lüdi (1956: 297) a Gausson & Dupont in provincia eadem, sed loco alio, inventam esse traderetur, Nos tamen, his certe de rebus nusquam locuti, hucusque in regione cantabrica frustra non adeo inconspicuam arbusculam quaesivimus.

Tam *Lonicera splendida* Boiss. quam *L. arborea* Boiss. (cf. l.c.: 47) chromosomatum numero $2n = 18$ instrui constabat (cf. Löve & Kjellqvist 1974: 190-191).

Venio iam ad Valerianaceas et primo quidem ad *Valerianellas* Mill. (l.c.: 48-52), ubi auctores Ernet & Richardson, ut non raro in opere, verbis “obscure”, “uncer-

tain” et similibus liberalius utuntur. Ut de rebus tantum de quibus iam scripsi iterum loquar, dicendum *V. lusitanicam* Font Quer minime “from Portugal”, sed speciminibus castellanis descriptam fuisse, quae quidem nosci opportunum videretur. Attente hac de re a nobis scripta legantur (Laínz 1962: 29; 1968b: 32-33). De specie autem praeclara, *V. fusiformis* Pau, alphabeticus index misere dubitat utrum una eademque sit ac *V. eriocarpa* Desv., cum revera toto coelo differat cumque saepius in provinciis non paucis¹ sit collecta (cf. Laínz 1962: 28; 1973a: 191; Fanlo 1975: 150-153). Conspiciantur, quaeso, fructus in herbariis aut saltem imaguncula in pagella postrema indicata!

De *Valerianis* autem pauca mihi notanda, sed non praetermittenda oblivio absoluta binominis *V. apula* Pourr., a me recenter lectotypificati (cf. Laínz 1963: 65-66; 1970: 37), cuius procul dubio synonymon est *V. globulariifolia* Ram. ex DC. (l.c.: 54). Quoad “*V. montana* group” (l.c., ibidem) affirmatio illa inaccurata est iuxta quam *V. montana* L. (sensu quidem latiore ibi sumpta, compluribus sat usitatis nominibus prorsus oblitis) “southwards to E.C. Spain” tantum perveniret, cum revera et meis in montibus septentrionalibus frequentissima sit et in extremam Gallaeciam pervenire constet. *V. tripteris* L., contra, “to N. Spain” pervenire dicitur, cum etiam e contrario his in Cantabricis gallaecisque montibus omnino deesse videatur.

Dipsacus strigosus Willd. introductus dicitur in Br Cz Po Su (l.c.: 59), cum iam nunc vita functus A. de Bolòs eum nobis ex hispana Catalaunia multo abhinc temporis dederit, sub nomine quidem affinis *D. pilosi* L.

Quid de conspectu generis *Knautia* L. quoad taxonomiam opinandum, coram hispanis meis plantis et bibliographia domini Ehrendorfer (l.c.: 60), difficile dictu... Futuram quidem et maiorem perspicuitatem, quibusdam in casibus, facile assequi posse spero.

De *Scabiosa* olim *tomentosa* Cav., nunc autem “*D. turolensis* Pau ex Willk.” ex homonymia dicta (l.c.: 72), notandum imprimis iam eam ab ipso Pau, licet hispane, vere fuisse descriptam in eius Not. bot. fl. esp. 1: 20 (1887), cum Willkomm nihil aliud quam versionem latinam, opportuna quidem indicatione bibliographica stipatam, in Supl. Fl. Hisp.: 74 (1893) evidentissime praestaret. Alio ex capite, chromosomatum numero $2n = 16$ stirpem hispanicam instrui dicitur (Löve & Kjellqvist 1974: 192).

Cum ad Campanulaceas et ad *Campanulam* L. veniamus (l.c.: 74-93), dicendum summam auctores Anfrey A. Fedorov & M. Kovanda bibliographiam ibericam valde imperfecte callere, quod aliquo modo iam a prima specie manifestum fit, nam *C. fastigiata* Léon Dufour² ex DC. dicenda non videtur centralis in Hispania (l.c.: 78): in meo enim herbario prostant specimina e Segorbe, Regni Valentini, a claro Pau sat ample distributa. Erroneo etiam modo area *C. adsurgentis* Lev. & Ler., gallaecica pro parte, pagella insequenti restringitur (cf. Laínz 1967: 38-39 ceteraque ibi a nobis indicata). In pagella 80 “near Aranjuez” *C. decumbens* A. DC. miro modo circumscribitur atque “incompletely known” et *C. patulae* proxima

¹ In provincia quidem burgalensi, ut diximus, ab ipso Pau (1925: 104) indicabatur; quod quidem si ut par est perlectum fuisset, a domina Fanlo (1975: 151) schedula plantae a M. Losa lectae (MA 119386) aptius interpretaretur.

² Perperam “Dufour” auctor inscribitur, cum “Léon” minime sit nomen baptismatis, sed familiae.

nimis declaratur, cum facile fuisset aliquid de re sciscitari. Simile porro inscientia *C. patula* subsp. *costae* (Willk.) Fedorov in Pyrenaeis orientalibus exilio mulctatur.

Quoad *C. barbatam* L. (cf. l.c.: 83) indicatio ignoratur beati Pereda (in Laínz 1957: 451), quae procul dubio cum restricta vegetatione acidophila – scilicet, cum nardetis – in calcareis Picos de Europa connectitur. De *C. herminii* Hoffmans. & Link praecipue notandum capsula nutante insigniri (cf., v.c., Caballero 1945: 541), quamobrem clavis auctorum (l.c.: 76-77, num. 105) minime ad eam agnoscendam inservit. Adde praeterea in respectu chorologico quod a temporibus longinquis bene in Gallaecia nota sit (cf. Merino 1906: 297-298), immo, in Asturiam meam, septentrionalem etiam ni fallor, contra placita eorum (cf. l.c.: 87) perveniat (Laínz 1963: 66), et umquam a nobis locis valde humidis observata sit.

C. cochlearifolia Lam. pervenire dicitur “to N. Spain” (l.c.: 91-92), quod procul dubio e multiplici veteri confusione botanicorum exterorum provenit (cf. Laínz 1970: 38), dum alia novissimo tempore a nobis dicta (Laínz 1973a: 192-193; 1976: 34) prae oculis habere bonum sit. Sub fine quidem (l.c.: 92), ubi de *C. rotundifolia* s.l. est sermo, etiam *C. asturicam* Podlech homonymum habere praecedens *C. asturicam* Pau (cf. Laínz 1973a: 191-192) de more ignoratur.

Conspectus generis *Phyteuma* (l.c.: 95-98), ob culpam quidem veteris dissertantis R. Schulz, mihi aegre vel plus quam aegre intelligibile quoad nonnulla fateor.

De taxonomico iudicio systematis generis *Jasione* (l.c.: 100-102) deque animadversionibus in rem diagnosticam hic et nunc abstinentes, utiliter notabimus binomini *J. crispa* (Pourr.) Samp. – de qua nonnulla scripseramus (Laínz 1966: 317; 1967: 38; 1970: 38) – non subspeciem illam “*centralis* (Rivas Martínez)” a Rivas Martínez loco a Tutin citato (1971) revera fuisse subiectam, sed bis serius (Rivas Martínez & Costa 1974: 337; Rivas Martínez 1974: 72), iure nunc ob typum certo designatum; quod nondum obtigerat cum eandem trinominalem combinationem proposuit Tutin, Bot. J. Linn. Soc. 67: 278 (1973). Ignoratur etiam stirpem octoploidem a Küpfer (1974: 292) detectam; immo, *J. laevem* multo abhinc tempore typice decaploidem recognitam (cf. Rosén 1931: 31; Küpfer 1974: 292); quae postrema, iuxta conspectus auctorem (l.c.: 102), tantum “to the E. Pyrenees” perveniret vel, ut subsp. *carpetana*, patriam “Mountains of C. Spain” haberet, cum satis superque penetrationem eius stirpium per Cantabros montes usque ad extremam Gallaeciam constare videatur.

Veniamus iam ad immensas Compositas seu Asteraceas, citius percurrendas. In genere typico *Aster* dicere sufficiat *A. aragonensem* Asso non recte in Hispania orientalem et centralem dici (l.c.: 116, “E. & C. Spain”), cum septentrionem in provinciis Burgos, Palencia et León attingat; tandem, *A. squamatum* (Sprengel) Hieron. ab *A. subulato* Michx, iuxta clarissimum Cronquist (in litt., 7.6.1977), non specificè separari.

Erigeron neglectus Kerner species mere alpina declaratur (l.c.: 119), cum et in Pyrenaeis orientalibus (Braun-Blanquet 1945: 233) et in Cantabricis montibus (Laínz 1973a: 194) non levi modo indicetur. Has vero bibliographicas indicationes Halliday procul dubio prorsus ignorabat, cum etiam binomina ut *E. mairei* Br.-Bl., Bull. Soc. Hist. Nat. Afrique N. 14: 25 (1923), vel *E. hispanicus* (Vierh.) Maire, Bull. Soc. Hist. Nat. Afrique N. 15: 84-85 (1924) eum effugisse videantur. Quoad *E. uniflorum* L., nuperrimam nostram in Picos de Europa indicationem (Laínz 1976: 34) hic data occasione indicanda.

Evax carpetana Lange verisimiliter edita est anno 1862, cum eius opusculi pars sequens non apparuerit nisi anno 1863, in ephemeridum sequenti volumine;

Cutanda vero binomen *E. lasiocarpa* certissime in lucem edidit anno 1861 (cf. l.c.: 125, 476).

De *Gnaphaliis* s.l. (l.c.: 126-128) nonnihil addendum. *Omalotheca norvegica* non "to the Pyrenees", sed usque in Cantabriam dicenda est pervenire. Contrario modo sequens *O. hoppeana* e Pyrenaeis iniuria excluditur (cf. Braun-Blanquet 1945: 233), cum etiam — ut *G. hoppeanum*, quidem — fere in omnibus editis calcareis montibus Cantabricis, etiam achaeniis microscopio inspectis, sit indigata (cf. Laínz 1960: 32; 1961: 177; 1964: 205; 1970: 39; 1976: 35).

Certo certius non sufficienter explicatur cur *Helichrysum italicum* (Roth) G. Don fil. sit prae *H. angustifolium* "(Lam.) DC." admissum (l.c.: 130, 479), cum Lamarckianum epitheton prioritatis lex procul dubio faveat. Combinatio autem postrema, ni fallor, iam a Persoon, anno 1807, indubitanter est proposita. Denique, *H. petiolare* (cf. l.c.: 131) — ut *petiolatum*, de more — in Hispania etiam fuerat indicatum (Laínz 1974: 17).

Quod *Inula hispanica* Pau idem sit ac *I. britannica* (l.c.: 490, index) erratum est fortasse inexcusabile, ut mihi quidem evidens videtur. Potius confirmandum revera hispanicam esse *britannicam*... Immo neque nobis constat *I. hirtam* (l.c.: 134-135) in Hispaniam pervenire. *I. helenioides* (l.c.: 135) chromosomatum numero $2n = 16$ instrui constabat (Löve & Kjellqvist 1974: 200).

Pulicaria odora (L.) Reichenb., sat imperfecte, "Mediterranean region. Portugal" incolare dicitur (l.c.: 137), cum plus quam frequentissima esse constet in Gallaecia et in ipsis cantabricis oris.

Jasonia glutinosa (L.) DC. non tantum adest in "S., C. & E. Spain" (l.c.: 138), sed etiam ad maxime septentrionales Picos de Europa (cf. Laínz 1964: 206).

Nescio an consulto *Bidens comosa* (A. Gray) Wieg. omissa fuerit (l.c.: 139-140), de qua indicationes complures gallicae mihi prostant; sed ex verbis ipsius domini Tutin eum effugisse constat indicationem helveticam (Simon 1974) et belgicas (Duvigneaud 1975) *B. subalternantis* DC.

Ubi de introductis *Galinsogis* (l.c.: 143-144), sigla Hs introducenda est in utramque parenthesim ac post utramque speciem, cum a Folch i Guillèn & Abellà (1974: 183-186) et a Díaz González (1976) respectivo modo nuper hic indicatae fuerint.

De *Santolinis* quibusdam quid sentiendum revera nescio; sed certe nomina quaedam lusitanica desiderantur (l.c.: 140, 496); quae utiliter inclusa essent, cum etiam nuper *S. semidentata* Hoffmans. & Link, v.c., bene distinctum serpentophytum esse contendatur (Silva 1970: 227-228). Forsan adhuc indebite nulla mentio fiat combinationis trinominalis *S. chamaecyparissus* subsp. *magonica* O. de Bolòs, Molinier & Montserrat, Acta Geobot. Barcinon. 5: 107-108 (1970).

De *Anthemidibus* (l.c.: 145-159) tantum dicere possum *A. carpaticam* Willd. non solum usque ad Pyrenaeos sese protendere, verum etiam siliceos montes Cantabros, in provinciis fere omnibus, frequenter incolare; quae quidem, saltem aliquando, hic octoploidis esse videtur (cf. Küpfer 1974: 253). Nonnulla etiam quoad caryologiam *A. creticae* s.l., auctore J. Delay, videre licet in quarto fasciculo (1970) cui titulum est "Informations annuelles de Caryosystematique et Cytogenétique — Travaux de laboratoires de Phylogénétique: Strasbourg et Lille" atque, de *A. triumfetti* (L.) DC., in Löve & Kjellqvist (1974: 202). De binomine *A. guadielae* Caballero, Anales Jard. Bot. Madrid 2: 254 (1942), a flumine Guadiela epithetum trahente, notemus "guadiellae" in indice inscribi (l.c.: 461). Denique tam hoc in opere quam alibi (cf. R. Fernandes 1975a: 9; 1975b: 1451-1459), subspecificam descriptionem cuiusdam *A. carpetana* Lacaita, Cavanillesia 3: 21 (1930), idem

procul dubio ac *A. alpestris* (Hoffmans. & Link) R. Fernandes, hanc doctissimam auctricem effugisse comperui.

Etiam de *Achilleis* (l.c.: 159-165) parum sub aspectu regionali dicendum. Scilicet, *A. pyrenaicam* per Cantabriam usque in longinquam Gallaeciam, *A. ptarmica* ex utraque regione ut videtur absente, pervenire; quod nuper in mentem, combinatione subspecifica usus, liquido revocavi (cf. Laínz 1970: 39). Ad *pyrenaicam* adhuc, doctore Molero (BCF) in litteris monente, ferenda est *ptarmica* illa zamorensis a beato Losa (1949: 126) leviter satis laudata; nec illi, etiam BC inspecto doctoreque Vigo consulto, ubi *ptarmica* in Hispania veniat constare fatetur (cf. l.c.: 162): Ipse in MA frustra quaesivi. Quoad caryologicas notitias attinet, notare liceat mihi revera nonnunquam de re incio tam *A. chamaemelifoliam* Pourr. quam *A. tomentosam* L. anno 1971 a J. Delay scrutatas ($n = 9$), in fasciculo quinto informationum quas paulo superius suo longo nomine indicavi.

Cum palam et aperte, ni fallor, nondum constet utrum prioritate *Anthemis fuscata* Brot. gaudeat cumque ut synonymon inscribatur *A. praecox* Link (l.c.: 461), opportune fortasse in genere *Chamaemelum* Miller (l.c.: 165, 472) indicaretur usum epitheti Linkiani a lege homonymica prorsus praeccludi (cf. Laínz 1967: 39-40; Vasconcellos 1968: 1169). Synonyma etiam desiderantur *Ch. nobilis* quae in iberica bibliographia saepe sunt confusioni obnoxia.

Quoad *Matricarias* et *Chamomillas* istius operis (cf. l.c.: 165-167) liceat hic indigitare quod nuperrime clarus Greuter (1976: 227) pro tantum tempore innuebat.

De *Phalacrocarpis* (l.c.: 172) complura minora notanda sunt. De *Ph. hoffmanseggii* Laínz, imprimis non loco ibi citato iure fuisse propositum, sed in volumine quinto earumdem ephemeridum (Laínz 1962: 40), libentissime quidem perillustri Sampaio commemorato; cuius tamen *Leucanthemum oppositifolium* "raç. Hoffmannseggii" Samp., Herb. port.: 132 (1913), more quidem solito non tamen optimo, adhuc illegitima censenda videtur. Nota bene tam lusitanum auctorem quam me ipsum "Hoffmannseggii" semper scripsisse, cum neque ille germanus comes "von Hoffmannsegg" sed "von Hoffmannsegg" in sui maximi notissimique operis fronte inscribat. Denique, modo contrario, Lagasca inter uncas memorandus in synonymo taxonomico *Ph. oppositifolii* (Brot.) Willk., scilicet, *Ph. anomalum* (Lag.) Coutinho, in alphabetico indice (l.c.: 494) non ita ex oblivione inscriptum.

In genere hodierno *Leucanthemopsis* (l.c.: 172-173) specifica delimitatio maxime adhuc mea interest. Fructuum quidem costas ut characterem diagnosi utilem ibi prorsus disparuisse comperies; sed video etiam amicissimum Küpfer (1974: 289) plantam criticam a me indicatam et a clarissimo Heywood in suam *L. alpinam* procul dubio introductam (cf. Laínz 1963: 67-68) potius subsp. *virescentem* speciei sequentis, etsi diploidem ($2n = 18$), considerare. Valde timeo ne res in dies implicatiores evadant.

Ubi de *Artemisiis* (l.c.: 178-185) praecipue notandum *A. chamaemelifoliam* subsp. *cantabricam* Laínz hodie a me propriam speciem haberi (Laínz 1970: 40), de qua ubi primum iterum dicendum erit (l.c.: 183). Quoad caryologiam, nonnulla ut videtur indebite omittuntur aut male tractantur. Ut puta numerus $2n = 48$ in *A. verlotiorum* (l.c.: 180) nuper data opera indicatus (Martinoli & Ogliotti 1970: 375, 380). *A. umbelliformis* porro, ex Alpibus quidem, iuxta Favarger (1965: 44, 46, 41) numero donatur $n = 18$ (cf. Kawatani & Ohno 1964: 187), cum etiam Küpfer (1974: 35) proximae *A. gabriellae* $2n = 36$ tribuat, ut etiam "mutellinae" pyrenaicae in sua pag. 31 (cf. tamen Gutermann, l.c.: 183-184). Nostrae autem

A. granatensi (cf. l.c.: 184) $n = 9$ tribuendus (Fernández Casas in Löve 1975: 145), cum res alio modo se habeant ac Kawatani & Ohno (1964: 185) censent, planta enim eorum errore probabiliore commutata est. *A. pedemontana* item, saltem aliquando (Löve & Kjellqvist 1974: 204; Kawatani & Ohno 1964: 187), numero $2n = 18$ donari videtur (cf. l.c.: 184). De *A. herba-alba* (cf. l.c.: 185) item aliquid iam dixerant Kawatani & Ohno (1964: 188), quod quidem nuperrime ampliatur a Vadés Bermejo & Gómez García (1976: 45). Et simile quid denique de *A. campestri* s.l. dicendum (cf. Kawatani & Ohno 1964: 187-188) deque notitiis a claro Favarger (1973: 13-15) allatis, parte nuperrime confirmatis vel ampliatis — quoad subsp. *glutinosa* — a B. Djerdjour & G. G. Guittoneau in Löve (1976: 342).

Europaeam sat ample distributam *Homogyne alpina* (L.) Cass., iam a temporibus celeberrimi Lagasca, usque in mediam Asturiam pervenire (cf. l.c.: 188) sat bene constat (cf. Laíniz 1961: 177; 1963: 68; 1973a: 194-195).

Valde mihi dubium est ne dicam amplius — ex protologo quidem Villarsiano — basyonimum combinationis *Adenostyles alliariae* subsp. *hybrida* (Vill.) Tutin idem esse ac *A. pyrenaica* Lange (cf. Laíniz 1973a: 185); quae certe flosculis ita numerosis minime in regione mea instrui solet (cf. l.c.: 189).

Nimiam fidem I. K. Fergusson (l.c.: 190-191), quoad *Doronicorum* quorundam chorologiam, bibliographiae concedere videtur; sed hac de re quam primum alibi scribere statuo. Nonnulla quidem scripsimus (Laíniz 1959: 688; 1960: 34; 1961: 177; 1963: 68; 1964: 207), sed non de quaestionibus in quibus manca nimis informatio auctoris apparet.

Ad *Seneciones* iam ex ordine accedentes, notandum imprimis *S. boissieri* DC. in “S. Spain (Sierra Nevada, Sierra de Segura)” (l.c.: 155) nequaquam occludi, cum sat abhinc temporis centrales et septentrionales montes Carpetanos Cantabrosque, immo, abscissos cantabros Picos de Europa incolare constet (cf., v.c., Rivas Goday & Fernández Galiano 1956: 18; Losa & Montserrat 1954: 429-430; Laíniz 1959: 688). Ubi de *S. nemorensi* L. (cf. l.c.: 196, 498), si iure subsp. *bayonensis* in typicam fertur, haec in “C. & E. Europe” indebite occludi patet. De *S. doronico* (L.) L. verbis paucis advertendum (cf. l.c.: 197) multo melius quoad caryologiam cognosci (cf. Küpfer 1974: 265, et cetera), cum etiam hodie chromosomatum numero $2n = 120$, rebus autem morphologicis nondum elucidatis, in tota regione cantabrica gaudere videatur (cf. Laíniz 1976: 35). De *S. heleinotide* (L.) Schinz & Thell., coram delineamentis monographi Brunerye (1969: 255-256), mirum quidem quod folia basalia subspeciei *macrochaetus* “regularly and finely dentate” simpliciter dicantur (l.c.: 199-200). *S. erucifolius* L. a Lindauerová & Malariková (1972) numero $2n = 40$ insigniri fuerat compertum (cf. l.c.: 202). Idemque dicendum iuxta Löve & Kjellqvist (1974: 201), de *S. doria* L. et de *S. duriaei* Boiss. ex DC. seu *S. nebrodensis* L. (cf. l.c.: 196, 203). *S. carpeta-nus* Boiss. & Reut. satis a “C. Spain” (l.c.: 202) sese distrahere videtur (cf. Leroy & Laíniz 1954: 113; Laíniz 1968a: 591), dum *S. adonidifolius* Loisel. non tantum “N.E. & C. Spain” (l.c.: 203) sed boreo-occidentalem plagam sane attingat (cf. Merino 1915: 17; 1916: 171; Losa 1949: 133; Laíniz 1963: 69) dumque *S. minutus* (Cav.) DC. ad Cantabros etiam perveniat (cf. l.c.: 203; Laíniz 1962: 31). Denique *S. lividus* L., cum expressis verbis in “Portugal” crescere dicatur (cf. l.c.: 204), eodem modo in Hispania boreo-occidentali, ubi frequens notissimusque, indicandus videbatur. Quae animadversio in casibus aliis bene multis locum obtinet (exempli causa, in *Calendula suffruticosa* Vahl, “Mediterranean region, Portugal”, l.c.: 206).

De *Arctotheca* vero (cf. l.c.: 208) fortasse opportunius inculcabitur iam a Gredilla (1903: 431-433) et a Merino (1909: 601) ad oppidum La Coruña modo aliquo indicari, cum etiam denique in provincia lucensi (Laínz 1974: 17) et in Asturia (Mayor, Díaz & Navarro 1976: 139), tandem, sit Orientem versus indicata.

In genere *Carduus* L. (l.c.: 220-232) complura mihi non clara satis videntur, quod quidem e bibliographicis recentioribus adiunctis timere licebat; problemata enim difficillima pedetentim nec uno ictu solvuntur. Mirandum nunc unice inquam quod binomen "*C. gayanus* Durieu ex Willk." ad *C. carpetanum* Boiss. & Reut. ut synonymon apponatur (l.c.: 230), cum prorsus pateat (cf. Gay 1836: 135, 216) plantam nuperrime descriptam nullis etiam commentariis ut *C. asturicus* Franco (in Heywood 1975: 49-50) idem esse ac illa Durieuana cui primario, etsi certe non legitime, nomine "vestito" Willkomm donabat (cf. Prodr. Fl. Hisp. 2: 193-194), sive specificè a *carpetano* differt sive non.

Venio nunc ad genus *Cirsium* L., in cuius tractatione K. Werner (l.c.: 232-242) opere hispanico nuperrimo (Talavera & Valdés 1976) ut patet uti non potuit. Quod sane dolendum vario ex capite in speciebus a Flora europaea numeris 1, 12, 16, 33, 35, 40, 48, 52, 53, 56 et 58 donatis; sed certe, defectus pro parte potiore inspectione bibliographiae praecedentis et herbariorum studio non ita difficiliter vitandi erant. Ex eo fit, exempli causa, ut *C. pannonicum* (L. fil.) Link — de quo satis et sat conspicue in Hispania scriptum est — occidentalem etiam esse prorsus ignoretur (l.c.: 240-241). Expressis verbis *C. rosulatum* et *C. gaditanum* Talavera & Valdés (1976: 154-155, 186-188) indicare liceat. Nonnulla videri possunt, praesertim chorologice momentosa, in opere meo recentissimo (Laínz 1976: 35-36). Per transennam, etiam helveticum esse *C. montanum* (cf. l.c.: 238) in mentem revocemus (cf. Lawalrée 1975: 22, 23). Et indici sane parcentes, ubi absentiae imperfectionesque sat multae sunt, duo tantum quoad nomenclaturam notabimus: abest *C. pyrenaicum* (Jacq.) All., pro *C. flavispina* Boiss. ex DC., quod in usum a Talavera & Valdés recipitur (cf. eorum pagellas 171-172) et combinatio ternaria *C. acaule* subsp. *gregarium* (Boiss. ex DC.) Talavera 1974 — K. Werner 1975 — prioritare instructa videtur (cf. Talavera 1974: 291).

In tractatione de *Serratulis*, potius generosa quoad specierum dispersionem et numerum (l.c.: 250-252), indicanda tamen opinio (Laínz 1965: 12) iuxta quam *S. legionensis* Lac. "bona" videtur, a Castroviejo (1975: 15) quidem recepta; quae si bene legantur, praeter classicum zamorense orensanis compluribus locis Lacaitanam speciem, immo, et in Lusitania indicari videbis; sed nusquam, ut illam *S. pinnatifidam* (Cav.) Poir., in sterilibus calcareis vel gypsaceis... Legantur adhuc praeteritae nostrae opiniones (Laínz 1956b: 44-45), quas modestas quidem vocabamus etsi notitiis non ita incompletis ibi eas fulciri patet. Sed ubi saepe quis *pinnatifidam* (cf. Laínz 1956a: 492; 1968a: 591) et *legionensem* viventes vidit, Losanum de postrema iudicium ("podría ser una forma") inadmissibile apparet: eius icon pagellaeque de hac re (Losa 1949: 134-136) cum icone Cavanillesiano conferre sufficit! Legatur demum scriptum ubi non pauca sane miranda (Bellot & Casaseca 1969) atque, si forte, quod de *S. nudicauli* subsp. *demissa* nuperrime innui (Laínz 1976: 36).

Ubi de *Leuzeis* (l.c.: 252-253, 493) frustra binomen *L. cynaroides* (Ch. L. Buch) Font Quer eiusque synonyma quaeres, nulla quidem explanatione praemissa; ex quo duo articula momentosa (Font Quer 1956, 1957) ab auctoribus compluribus ignorari eruitur indeque signum ● — cum extraeuropaeam etiam sit species — adhuc tute corrigendum.

Mantisalca salmantica (L.) Briq. & Cavillier monolithice hic revera tractatur (l.c.: 254; synonyma sub *Microloncho* invenies, l.c.: 493), compluribus sat variis prorsus indistinctis! Quaeret quispiam, ut saepius in genere sequenti, utrum longinquus Dostál in patriis herbariis materialium copia sufficienti stipari potuerit.

De *Centaureis* (l.c.: 254-301) hic agere incipientes, ultro concedemus celerio rem simulque solidam europaeam synthesesim esse unum quid impossibile, etiamsi stirpium omnium adaequata sicca specimina prae manibus haberentur; unde generatim abstinui a iudicio de combinationibus ab auctore propositis. Nec consequenter mirum si tam claves quam descriptiones parum utiles saepe saepius apparent. Sed neque facile informatio comparanda et seligenda erat, quamobrem abstinui quoque ab indicatione binominum omnium omissorum, cum pro parte fortasse iure sint oblita; mea vero *C. corcubionensis* (Laínz 1967: 40) sit exceptio, cum et amicis optima videatur et in herbariis non paucis eam inspicere liceat. *C. lainzii* Fernández Casas (1975b: 9), certe, sero nimis edita est ut ibi a Dostál iudicari possit. Difficilius excusabitur praeteritio, exempli causa, informationis caryologicae a M. J. Fernández Morales iuris publici factae in Löve (1974: 805).

Quibus concessis, de *C. carrissoi* Rothm., Bol. Soc. Brot., sér. 2, 13: 281 (1938), sive una eademque ac *fraylensis* est sive non, prorsus ibi tacuisse indicemus. *C. africana* Lam. (cf. l.c.: 263), sive typica sive aliquantulum ab africana vera diversa, certissime (cf. Merino 1904: 479; Pau 1922: 47) in Hispaniam boreo-occidentalem pervenit; "*C. linaresii*" autem (cf. l.c., ibidem), e vallisoletana provincia, non accuratissime dicitur in "N.W. Spain" provenire; de qua insuper hic notandum, cum Dostál opinionem aliquo modo fulcitam innuat (sed cf. Lacaita 1930: 24-25), nostrates recentissimos (Bellot & Ron 1975: 3-6; Valdés Bermejo & Gómez García 1976: 44) contrariam tenere, a vetere Pau (1916: 65) quidem partam.

C. amblensis Graells provinciae tantum abulensi adscribitur (l.c.: 269), cum sat abhinc temporis a claro Sampaio (1916) in salmanticensi — ut *C. luisieri* sp. nov. — indicata et a nobis firmiter sit identificata (Laínz 1956: 490-491, 498). Zamorensis etiam est, iuxta Casaseca (1971: 4). Immo, et in Lusitania species Sampaiana indicabatur (Mendonça & Vasconcellos 1967: 296; Vasconcellos 1968: 1169-1170); quam utique in voluminis indice frustra inquireas.

Mirandum illud "N. Spain (provs. Santander and Valencia)" de *C. lagascana* Graells typis excusum (l.c.: 269), cum e provincia legionensi descriptam (cf. Laínz 1960: 34-35; 1964: 207) cumque revera late nordicam in Hispania, minime autem valentinam, esse constet.

De infelici sectione *Paniculatae* (l.c.: 275-277) unum proclamabo: regionalem *C. legionensem* Willk., a Dostál in suum numerum 112 ut subspeciem ductam, in strictam *C. paniculatam* L. evidenter includendam; quod forte non facile percipitur in scriptis quibusdam; sed certe in herbariis, potissimum ibericis.

Quid vero dicam de *C. boissieri* eiusque synthetica tractatione (l.c.: 279-280) revera nescio: quoad me, "further information is required", ut concedit ultro Dostál de *C. cordubensi* Font Quer hoc loco agens; sed in quibusdam quidem casibus informatio ipsius manca facile apparet, ut cum *C. avilae* Pau, silicicolam et occidentalem, synonymon subspeciei *pau*, orientalis et calcicolae, declarat (l.c.: 468) vel cum idem index eademque pagella affert "aznatiensis" loco *aznatinensis* (cf. Cuatrecasas 1929: 468).

De *C. polyacantha* Willd. (cf. l.c.: 283) notemus etiam Gallaeciam attingere, ubi amicissimus Castroviejo (1971: 10-13) primus indicavit.

Nonnulla etiam difficillima intellectu sunt ubi de *C. alba* agitur (l.c.: 287-289), quae certe in Lusitania indicanda erat aliquo sub nomine subspecifico.

De *Jaceis* autem (l.c.: 290-297) hęc pauca omnino. Combinatio quidem *C. debeauxii* subsp. *thuillieri* Dostál praeoccupata videtur a *C. jacea* subsp. *pratensis* (DC.) Greml. Status *C. nigra* subsp. *carpetana* iam a Rivas Martínez (1967: 123) propositum fuerat. Mea *C. corcubionensis*, de qua supra, in sectione *Lepteranthus* locum expostulat. *C. janeri* Graells in "Sierra de Ávila" mire circumscribitur (l.c.: 296), cum dimidia fere Hispaniae incola dici possit; typica pro parte, sed stirpibus etiam diversis ludens (cf. Laínz 1962: 32; 1967: 40-41; 1968b: 32; 1976: 36-37). *C. emigrantis* Bub., demum, ab auctore procul dubio incognita, "described from an unidentifiable locality in Spain" dicitur (l.c.: 296), quod omni commutatione maius excultis europaeis videtur.

In sectione tandem *Cyanus* (l.c.: 297-301) de *C. montana* "to the Pyrenees" sese protendere affirmatur (l.c.: 298), cum usque in longinquam Peña Ubiña pervenire constet (Dupont & Dupont 1956: 332) cumque non raro alibi sit in Cantabria observata (cf. Laínz 1958: 452-453; 1971: 178). *C. triumfetti* subsp. *lingulata* (Lag.), sive ut talis admittenda est sive non, a Vicioso (1946: 84) in statu iam proposita fuerat; sed neque recte in "C., S. & E. Spain, N.E. Portugal" indicatur (l.c.: 299), cum ab auctore Lagasca e septentrionalibus "montibus legionensibus" sit descripta! Finem iam generi sat amplo imposituri, recentiores mentiones (Iff & al. 1973: 24; Ladero 1974: 131; 1970: 87-89) introductae in Hispaniam *C. depressae* M. Bieb. indigitare oportet (cf. l.c.: 300), ad provincias quidem Ciudad Real (Puerto Lápice) atque Toledo (Madridejos et Puente del Arzobispo) relatas.

Evidens error est *Carduncellum mitissimum* (L.) DC. in "N.E. Spain" restrictive indicari (l.c.: 303).

Nonnulla de *Leontodontibus* dicturi, ab indicatione combinationis ternariae *L. pyrenaicus* Gouan subsp. *cantabricus* (Widder) Laínz, Bol. Inst. Estud. Asturianos, ser. C, 15: 40 (1970) incipiamus; non leviter quidem proposita, sed a Finch & P. D. Sell inexcusabiliter ignorata (cf. l.c.: 311). De *L. carpetano* Lange ("Mountains of C., S. & E. Spain", l.c.: 312) indubitanter constat et in Gallaeciam et Cantabriam provenire (cf. Laínz 1971: 27; 1976: 37). Sequens autem *L. duboisii* non "Sennen ex Widder" tribuendus (l.c.: 312), sed solo Sennen (1936: 19-20), ut apertissime indicavimus (Laínz 1970: 41-42). Miranda sane hypothesis de *L. farinoso* Merino & Pau (cf. l.c.: 492, 314), cum et large in publicis herbariis praesentia sint specimina (cf. Font Quer & Rothmaler 1935, num. 199) nec bibliographicae posteriores desint notitiae (cf., v.c., Pittoni 1974: 185). Finem labori celerius imposituri, minora despiciamus.

Liceat nobis cantabricam indicationem nostram *Scorzoneræ aristatae* Ram. ex DC., etsi recentissimam (Laínz 1976: 37, Picos de Europa), hic pro opportunitate in mentem revocare ("C. & E. Pyrenees", l.c.: 320). Pagella insequenti *S. hirsuta* L. nimis etiam quoad nos restringitur ("N.E. Spain", l.c.: 321), cum prorsus constet in Castellam Veterem et ad ipsam regionem cantabricam pervenire (cf., v.c., Laínz 1961: 178).

Launaea lanifera Pau, quoad nos, in "S.E. Spain" occluditur (l.c.: 326), cum certe provinciam granatensem atque Baeticam etiam occidentalem forte inolet (cf. Cabezudo 1974: 283). Absolute autem desideratur mentio binominum ut *Sonchus zollikoferioides* Rouy et *S. cavanillesii* Caballero (1946: 541-542, 547), quin diutius indicem voverimus. Saepissime adhuc causae desiderantur, scriptis

hic aut alibi palam exponendae, momentosarum decisionum taxonomicarum et nomenclaturalium.

Ubi de *Lactuca singulari* (l.c.: 328), combinatio *Steptorhamphus singularis* (Wilmott) Fernández Casas, Candollea 29: 333 (1974), memoranda, immo, et eiusdem auctoris geographica contributio (Fernández Casas 1975a: 290).

Bene constabat *Crepidem conyzifoliam* pervenire non tantum "to the Pyrenees" (l.c.: 349), sed usque in Cantabros montes (cf., v.c., Laínz 1963: 71; 1973a: 196). Quoad extraregionalem autem *C. pusillam* (l.c.: 355) balearicam esse (Duvigneaud 1973) dici oporteret.

Pilosella lactucella subsp. *nana* (Scheele) Laínz, ut nuperrime dicebamus (1976: 37), non tantum Pyrenaeos (cf. l.c.: 369) sed etiam distractos Picos de Europa incolat. Nonnulla de *Pilosellis* nostris adhuc dicenda, praemissa quidem *P. bergidensis* (Laínz) Laínz, stat. nov. \equiv *Hieracium auricula* var. *galicianum* Pau, Bol. Soc. Aragonesa Ci. Nat. 11: 40 (1912) \equiv *H. lactucella* subsp. *bergidense* Laínz (1962: 40), ut videtur stolonibus omnino carens!

De veris *Hieraciis* demum, sat multa dicenda essent; sed nunc unum tantum, scilicet, *H. mixtum* Froelich (cf. l.c.: 387) in extremam Gallaeciam pervenire (cf. Laínz 1967: 41); nescio vero an ibi ita exacte cum planta pyrenaica – var. vel subsp. *mixtum* – congruens habendum sit.

Amicis sat multis supra notatis ob subsidia non pauca praestata gratias ex animo agere debeo; ut etiam carissimo Patri A. Díez Escanciano, S.J., qui de more latinitatem meam expolivit.

INDEX BIBLIOGRAPHICUS

- Bellot, F. & B. Casaseca (1969). Una *Serratula* litigiosa (*S. monardi* (Duf.) DC.). *Bol. Soc. Portug. Ci. Nat.*, sér. 2, 12: 133-139.
- & M. E. Ron (1975). Notas sobre algunas centaureas de España. *Trab. Dep. Bot. Fisiol. Veg. (Madrid)* 7: 3-9.
- Bolòs, O. de (1969). La vegetación de las Islas Baleares. *V Simposio de Flora Europaea (20-30 de mayo de 1967)*, Sevilla: 81-89.
- (1971). Remarques sur quelques plantes observées en Portugal. *Mem. Soc. Brot.* 21: 325-327.
- Braun-Blanquet, J. (1945). Notes critiques sur la flore des Pyrénées orientales. *Trav. Soc. Pharm. Montpellier* 4: 219-236.
- Brunerye, L. (1969). *Les seneçons du groupe helenitis*. 356 pp. Paris.
- Caballero, A. (1945). Ilustraciones de la flora endémica española. *Anales Jard. Bot. Madrid* 5: 523-557.
- (1946). Apuntes para una flórula de la Serranía de Cuenca. *Anales Jard. Bot. Madrid* 6, 2: 503-547.
- Cabezudo, B. (1974). Nota corológica sobre la flora de Huelva. *Lagasalia* 4: 281-284.
- Cardona, M. A. (1973). Contribution à l'étude cytotaxonomique de la flore des Baléares, I. *Acta Phytotax. Barcinon.* 14: 4-20.
- (1974). Estudio citotaxonomico de algunas especies de las Islas Medes, Baleares, Córcega y Cerdeña. *Lagasalia* 4: 213-220.

- Cartier, D. (1971). Etude biosystématique de quelques espèces du genre *Plantago* (Tourn.) L. (sections *Coronopus* DC. et *Oreades* Decne), I. Historique, races chromosomiques du *Plantago alpina* L. et du *Plantago serpentina* All. *Rev. Gén. Bot.* 78: 493-556.
- (1972). ..., II. La variation au sein de différentes populations naturelles ou expérimentales du *Plantago alpina* L. et du *Plantago serpentina* All. *Rev. Gén. Bot.* 79: 201-248.
 - (1973a). ..., III. Apports de croisements expérimentaux chez les *P. alpina* L. et le *P. serpentina* All. Conclusions sur le complexe *P. alpina*-*P. serpentina*. *Rev. Gén. Bot.* 80: 5-40.
 - (1973b). ..., IV. La section *Oreades* Decne. *Rev. Gén. Bot.* 80: 129-149.
- Casaseca, B. (1971). Plantas de Zamora (segunda nota). *Trab. Dep. Bot. Fisiol. Veg. (Madrid)* 3: 3-8.
- Castroviejo, S. (1971). Sobre la flora gallega. *Trab. Dep. Bot. Fisiol. Veg. (Madrid)* 3: 9-14.
- (1975). Sobre flora gallega, III. *Trab. Dep. Bot. Fisiol. Veg. (Madrid)* 7: 11-17.
- Cuatrecasas, J. (1929). Estudios sobre la flora y la vegetación del macizo de Mágina. *Trab. Mus. Ci. Nat. Barcelona* 12: 7-510, 8 lam., 1 charta geograph.
- Díaz González, T. E. (1976). *Galinsoga ciliata* (Raf.) Blake, en la Península Ibérica. *Rev. Fac. Ci. (Oviedo)* 16: 205-213.
- Dupont, P. & S. Dupont (1956). Additions à la flore du Nord-Ouest de l'Espagne. *Bull. Soc. Hist. Nat. Toulouse* 91: 313-334.
- Duvigneaud, J. (1973). Complément à la distribution et à l'écologie de *Crepis pusilla* (Sommier) Merxm. (Asteraceae). *Lejeunia* 71: 1-8.
- (1975). Une espèce nouvelle pour la flore belge: *Bidens subalternans* DC. *Bull. Soc. Roy. Bot. Belgique* 108: 203-207.
- Fanlo, R. (1975). Valerianelas ibéricas. Nota primera. *Anales Inst. Bot. Cavanilles* 32, 2: 151-157.
- Favarger, C. (1965). Notes de caryologie alpine, IV. *Bull. Soc. Neuchâtel. Sci. Nat.* 88: 5-60.
- (1973). Recherches cytologiques sur quelques phanérogames de la flore valaisanne. *Bull. Murith. Soc. Valais. Sci. Nat.* 90: 3-18.
- Fernandes, R. (1975a). Taxonomic notes on the genus *Anthemis* L. *Bot. J. Linn. Soc.* 70: 6-17.
- (1975b). Identification, typification, affinités et distribution géographique de quelques taxa européens du genre *Anthemis* L. *Anales Inst. Bot. Cavanilles* 32, 2: 1409-1488.
- Fernández Casas, J. (1975a). De flora hispanica, II. *Candollea* 30: 285-292.
- (1975b). *Exsiccata quaedam a me nuper distributa, I.* 10 pp. Madrid.
- Folch i Guillèn, R. & C. Abellà (1974). *Galinsoga parviflora* Cav. y *Guizotia abyssinica* (L.) Cass., dos adventicias nuevas para la flora catalana. *Collect. Bot. (Barcelona)* 9: 183-189.
- Font Quer, P. (1956). La *Serratula canariensis* y sus afinidades. *Publ. Univ. Barcelona, Homenaje Pardo: 189-190.*
- (1957). Sobre algunas plantas canarias iberomauritanicas. *Anuario Estud. Atlánt.* 3: 47-58, 4 chartae geograph., 2 lam.
 - & W. Rothmaler (1935). *Schedae ad Floram Ibericam Selectam, cent. II-III.* 110 pp. Barcelona.
- Gay, J. (1836). *Duriaei iter asturicum botanicum, anno 1835 susceptum.* *Ann. Sci. Nat., Bot.*, sér. 2, 6: 113-137, 213-225, 340-355.
- Gredilla, F. (1903). Datos nuevos que incluir en la Flora hispano-lusitana. *Bol. Soc. Esp. Hist. Nat.* 3: 428-433.
- Greuter, W. (1976). The flora of Psara. *Candollea* 31: 191-242.
- Heywood, V. H., ed. (1975). *Notulae systematicae ad Floram Europaeam spectantes, n° 17.* *Bot. J. Linn. Soc.* 71: 39-50.

- Iff, J., L. Larderaz & J. Miège (1973). *Delectus seminum horti genevensis 1972*. 36 pp. Genève.
- Kawatani, T. & T. Ohno (1964). Chromosome numbers in *Artemisia*. *Bull. Natl. Inst. Hygienic Sci. (Tokyo)* 82: 183-193.
- Küpfer, Ph. (1974). Recherches sur les liens de parenté entre la flore orophile des Alpes et celle des Pyrénées. *Boissiera* 23: 9-322, 10 lam.
- Lacaita, C. C. (1930). Novitia quaedam et notabilia hispanica, II. *Cavanillesia* 3: 20-47.
- Ladero, M. (1970). Nuevos táxones para la flora de Extremadura (España). *Anales Inst. Bot. Cavanilles* 27: 87-104.
- (1974). Aportaciones a la flora luso-extremadurese. *Anales Inst. Bot. Cavanilles* 31, 1: 119-137.
- Laínz, M. (1956a). Contribución al catálogo de la flora salmantina. *Anales Inst. Bot. Cavanilles* 13: 469-498.
- (1956b). Em torno da flora de Portugal. *Bol. Soc. Brot.*, sér. 2, 30: 41-46.
- (1957). Aportaciones al conocimiento de la flora gallega, II. *Anales Inst. Bot. Cavanilles* 14: 529-554.
- (1958). Aportaciones al conocimiento de la flora cántabro-astur, II. *Collect. Bot. (Barcelona)* 5: 429-460.
- (1960). Aportaciones al conocimiento de la flora cántabro-astur, IV. *Bol. Inst. Estud. Asturianos*, ser. C, 1: 3-42.
- (1961). Aportaciones al conocimiento de la flora cántabro-astur, V. *Bol. Inst. Estud. Asturianos*, ser. C, 3: 147-186.
- (1962). Aportaciones al conocimiento de la flora cántabro-astur, VI. *Bol. Inst. Estud. Asturianos*, ser. C, 5: 3-43.
- (1963). Aportaciones al conocimiento de la flora cántabro-astur, VII. *Bol. Inst. Estud. Asturianos*, ser. C, 7: 35-81.
- (1964). Aportaciones al conocimiento de la flora cántabro-astur, VIII. *Bol. Inst. Estud. Asturianos*, ser. C, 10: 173-218.
- (1965). Em torno da flora de Portugal, III. *Anuario Soc. Brot.* 31: 9-13.
- (1966). Aportaciones al conocimiento de la flora gallega, IV. *Anales Inst. Forest. Invest.* 10: 299-334.
- (1967). Aportaciones al conocimiento de la flora gallega, V. *Anales Inst. Forest. Invest.* 12: 1-51.
- (1968a). Nueva contribución al conocimiento de la flora palentina. *Collect. Bot. (Barcelona)* 7: 573-596.
- (1968b). *Aportaciones al conocimiento de la flora gallega, VI*. 39 pp. Madrid.
- (1969). In *Floram Europaeam animadversiones*. *Candollea* 24: 253-262.
- (1970). Aportaciones al conocimiento de la flora cántabro-astur, IX. *Bol. Inst. Estud. Asturianos*, ser. C, 15: 3-45.
- (1971). *Aportaciones al conocimiento de la flora gallega, VII*. 39 pp. Madrid.
- (1973a). Aportaciones al conocimiento de la flora cántabro-astur, X. *Bol. Inst. Estud. Asturianos*, ser. C, 16: 159-206.
- (1973b). In *Floram Europaeam animadversiones*, II. *Candollea* 28: 181-190.
- (1974). Aportaciones al conocimiento de la flora gallega, VIII. *Com. Inst. Nac. Invest. Agr., ser. Rec. nat.* 2: 1-26.
- (1976). Aportaciones al conocimiento de la flora cántabro-astur, XI. *Bol. Inst. Estud. Asturianos*, ser. C, 22: 3-44.
- Lawalrée, A. (1975). *Cirsium* (Asteraceae) de Rona (Grisons, Suisse). *Phyto Coenologia* 2: 22-27.

- Leroy, É. & M. Laínz (1954). Contribución al catálogo de la flora palentina. *Collect. Bot. (Barcelona)* 4: 81-123.
- Lindauerová, T. & Z. Malariková (1972). Angaben über die zytologischen Verhältnisse von *Senecio erucifolius*, *S. nemorensis*, *Erechtites hieracifolia*, *Ligularia clivorum* und *Arnica montana*. *Bot. Közlem.* 59: 31-32.
- Losa, T. M. (1949). *Contribución al estudio de la flora y la vegetación de la provincia de Zamora*. 167 pp. Barcelona.
- & P. Montserrat (1954). Nueva aportación al estudio de la flora de los montes cántabro-leoneses. *Anales Inst. Bot. Cavanilles* 11, 2: 385-462.
- Löve, Á., ed. (1974). IOBS chromosome number reports XLVI. *Taxon* 23: 801-812.
- (1975). IOBS chromosome number reports XLVII. *Taxon* 24: 143-146.
- (1976). IOBS chromosome number reports LII. *Taxon* 25: 341-346.
- & E. Kjellqvist (1974). Cytotaxonomy of Spanish plants. IV. Dicotyledons: *Cesalpiniaceae-Asteraceae*. *Lagascalia* 4: 153-211.
- Lüdi, W. (1956). Floristische Neufunde von Blütenpflanzen, gemacht auf der I. P. E. durch Spanien 1953. *Veröff. Geobot. Inst. Rübel Zürich* 31: 287-298.
- Martinoli, G. & P. Ogliotti (1970). Ricerche citotassonomiche in *Artemisia vulgaris* L. ed *Artemisia Verlotorum* Lamotte. *Giorn. Bot. Ital.* 104: 373-387.
- Mayor, M., T. E. Díaz González & F. Navarro (1976). Adiciones al catálogo florístico del Cabo de Peñas (Asturias). *Rev. Fac. Ci. (Oviedo)* 16: 137-142.
- Mendonça, F. A. & J. de C. Vasconcellos (1967). Estudo fitogeográfico da região duriense, VI. *Anales Inst. Vinho Porto* 20: 143-326.
- Merino, B. (1904). Contribución á la flora de Galicia. Supl. IV. *Mem. Soc. Esp. Hist. Nat.* 2: 455-516.
- (1906). *Flora descriptiva é ilustrada de Galicia*, vol. 2. 634 pp. Santiago de Compostela.
- (1909). *Flora descriptiva é ilustrada de Galicia*, vol. 3. 692 pp. Santiago de Compostela.
- (1915). Adiciones a la flora de Galicia. *Brotéria, sér. Bot.* 13: 17-32.
- (1916). Adiciones a la flora de Galicia. *Brotéria, sér. Bot.* 14: 158-171.
- Pau, C. (1887). *Notas botánicas á la Flora española*, 1. 40 pp. Madrid.
- (1898). Notas sobre algunas plantas españolas críticas ó nuevas. *Actas Soc. Esp. Hist. Nat.* 1898: 84-90.
- (1916). Notas sueltas sobre la flora matritense. II. *Bol. Soc. Aragonesa Ci. Nat.* 15: 63-74.
- (1922). El herbario de Planellas (Continuación). *Brotéria, sér. Bot.* 20: 43-48.
- (1925). Acerca de unas plantas de Burgos. *Bol. Soc. Ibérica Ci. Nat.* 24: 101-106.
- Pittoni, H. (1974). Behaarung und Chromosomenzahlen sternhaariger *Leontodon*-Sippen. *Phyton* 16: 165-188.
- Rivas Goday, S. & E. Fernández Galiano (1956). Resumen del itinerario botánico realizado por los miembros de la 10ª I.P.E. (en España 1953). *Veröff. Inst. Geobot. Rübel Zürich* 31: 7-22.
- Rivas Martínez, S. (1967). Algunas notas taxonómicas sobre la flora española. *Publ. Inst. Biol. Aplicada* 42: 107-126.
- (1971). Vegetatio Hispaniae. Notula II. *Anales Inst. Bot. Cavanilles* 27: 145-169.
- (1974). Datos sobre la vegetación y la flora de la Serra da Estrela (Portugal). *Anales Real Acad. Farm. (Madrid)* 40: 65-74.
- & M. Costa (1974). Datos sobre la vegetación de La Pedriza de Manzanares (Sierra de Guadarrama). *Bol. Soc. Esp. Hist. Nat., Ser. Biol.* 71: 331-340.
- Rosén, W. (1931). Zur Embryologie der Campanulaceen und Lobeliaceen. *Acta Horti Gotob.* 7: 31-42.

- Sampaio, G. (1916). *Centaurea Luisieri* Samp. *Brotéria, sér. Bot.* 14: 104-105, 1 lam.
- Sennen, F. (1936). *Diagnoses des nouveautés parues dans les exsiccata Plantes d'Espagne et du Maroc de 1928 à 1935*. 308 pp. Vich.
- Silva, A. R. Pinto da (1970). A flora e a vegetação das áreas ultrabásicas do Nordeste Trasmontano. Subsídios para o seu estudo. *Agron. Lusit.* 30: 175-363.
- & Q. G. Pinto da Silva (1974). Ferns and flowering plants of the Azores collected in May-July 1964 during an excursion directed by Prof. Pierre Dansereau. *Agron. Lusit.* 36: 5-94.
- Simon, Ch. (1974). *Bidens subalternans* DC. in Europa. *Bauhinia* 5: 105-108.
- Talavera, S. (1974). Contribución al estudio cariológico del género *Cirsium* en la Península Ibérica. *Lagascalia* 4: 285-296.
- & B. Valdés (1976). Revisión del género *Cirsium* (Compositae) en la Península Ibérica. *Lagascalia* 5: 127-223.
- Valdés Bermejo, E. & J. Gómez García (1976). Notas cariosistemáticas sobre flora española, I. *Acta Bot. Malacit.* 2: 39-50.
- Vasconcellos, J. de C. (1968). Nota sobre algumas compostas espontâneas e subespontâneas em Portugal. *Collect. Bot. (Barcelona)* 7: 1167-1170.
- Vicioso, C. (1946). Notas sobre flora española. *Anales Jard. Bot. Madrid* 6, 2: 5-92.

